



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Iacobus Antonius Tacusima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

tiarum constantia sollicita, cum illæ tam corpore quàm animo adeò affligerentur, vt seculum repetere omninò in animum induxerint priùs quàm religioso se Sacramento adstringerent; ad notum olim & charum sibi P. Martini nomen confugit quàm potuit dolentissimè ac flagrantissimè, pro ope, in re illâ infamiæ, ac salutis æternæ periculum inducturâ. Postridie illas inuisit, & valentes corpore, animo tranquillato, instituti sui retinentes, ac lætas læta inuenit.

Jacobus Antonius Tacusima.

In carcerem odio fidei Christianæ coniectus, ibidem in Societatem adscribi petijt, & obtinuit; vir eloquens, ac præstantis exempli.

*Japon.
Sacki.
30. Sept.
1633.*

pl
ce
da
ill
re
gu
de
ba

ti
ac
ac
ill
re
ra
u

pli. Viuus felicissimo incendio conflagrauit, ab ijs damnatus ad rogam qui in illo, ciue suo, Christianam religionem oderant, & extinguere nitebantur, morte deletis ijs qui eam prædicabant.

Fides.

*P. Amarus, seu Maurus
Moureira.*

Cùm ex incensa ab hæreticis Lusitanorum nauis in aquas defiliisset, ijque alios adnantes cymbis exciperent, illum è veste Iesuitam, è corona (seu vertice illà die raso) Sacerdotem esse agnouere; ideòque non recepere cum alijs, imò contra truculenter confecerent.

*Lusitanus
ad Goam.
30. Sept.
1639.
etat. 42.
Soc. 22.*

Fides.